



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCXLVIII. Die Ritter Friedrich von Alvensleben und Droiseke von
Kröchern beurkunden, daß Graf Berthold von Henneberg ihrem Herrn dem
Markgrafen Johann von Brandenburg, 450 Mark zur Auslösung der ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

decantari; et dictum nostrum electum, qui presens extitit, Electioni de se facte, divine nolens resistere voluntati, interpellatus cum instantia a nobis, reverenter consentit, et deinde electionem ipsam Clero et populo solemniter fecimus publicari. Postmodum vero ipsum electum in Civitatem Francofordensem introducentes, in Ecclesiam Sancti Bartholomei deduximus et ipsum super altare majus, prout moris et consuetudinis est, adhibitis solemnitatibus in talibus debitis et consuetis, posuimus, Te Deum laudamus denuo decantantes, deinde in Coemeterio Ecclesie antedictae Clero et populo ipsum electum presentavimus, et ejus Electionem fecimus solemniter publicari. Ea propter Sanctitati vestre tam humiliter quam devote voto unanimi supplicamus, ut ipsum electum nostrum in Regem Romanorum paternis ulnis amplectentes munus inunctionis et Consecrationis eidem conferendo de Sacrosanctis manibus vestris Sacri Imperii diadema dignemini loco et tempore favorabiliter impertiri; ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gentium vos Dominus, et per sanctitatis vestre arbitrium orbi terre post nubila exoptata Serenitas elucescat. Ceterum ut beatitudo vestra agnoscat evidenti-
 tus, vota nostra omnium presentium in predictis omnibus et singulis concordasse, ac in petitione hujusmodi existere unanimes et concordas, presens electionis nostre decretum sanctitati vestre transmittimus; sigillorum nostrorum appensione ex certa scientia roboratum. Datum apud Franckenford, decimo Kalendas Novembris, Anno Domini millesimo trecentesimo decimo quarto.

Aus König's Reichsarchiv Cont. II. Part. Gener. p. 202—204 Nr. CLIV.

CCCCXLVIII. Die Ritter Friedrich von Alvensleben und Droysele von Kröchern beurfunden, daß Graf Berthold von Henneberg ihrem Herrn, dem Markgrafen Johann von Brandenburg, 450 Mark zur Auslösung der Schlösser Kissingen und Ermelteshausen bezahlt habe, am 29. Oktober 1314.

Nos Frydericus, de Alvensleve dictus, et Droyseko, de Crochern dictus, milites, coram singulis presencia intuentibus publice recognoscimus per presentes, quod illustris dominus, dominus Bertoldus de Henneberg, inclito quoque Principi, domino nostro Johanni, Marchioni Brandenburgensi, quingentas marcas Brandenburg. argenti minus quinquaginta, pro qua summa castrum Kyzke et castrum Ermelteshusen fuerunt obligata, pleniter et integraliter persolvit. In hujus rei evidenciam plenioram presentem litteram dedimus, sigillo domini Friderici de Alvensleve munitam. Datum Fulde, anno domini M^o. CCC^o. quarto decimo, in Crastino Symonis et Jude beatorum apostolorum.

Nach Schultze, Henneb. Gesch. I. 180.